

XXXIV. Verum minis ejus¹ ac violentiā territus, perdere² statuit³ ; et cum ter veneno temptasset sentiretque antidotis praemunitam⁴, lacunaria, quae noctu super dormientem laxata machina deciderent, paravit. Hoc consilio per conscios parum celato, solutilem navem, cujus vel naufragio vel camarae ruinā periret, commentus est ; atque ita

5 reconciliatione simulatā jucundissimis litteris Baias⁵ evocavit ad sollemnia Quinquatruum⁶ simul celebranda ; datoque negotio trierarchis, qui liburnicam quā advecta erat velut fortuito concursu confringerent, protraxit convivium, repetentique⁷ Baulos in locum corrupti navigii machinosum illud optulit, hilare prosecutus atque in digressu papillas quoque exosculatus. Reliquum temporis cum magnā trepidatione vigilavit opperiens coeptorum exitum. Sed ut

10 diversa omnia⁸ nandoque evasisse eam comperit, inops consilii, L. Agermum⁹ libertum ejus¹ salvam et incolumem¹⁰ cum gaudio nuntiantem, abjecto clam juxtā pugione ut percussorem sibi subornatum arripi constringique jussit, matrem occidi *quasi deprehensum crimen voluntariā morte vitasset*¹¹.

1 Ce pronom de rappel désigne Agrippine.

2 [eam] perdere.

3 Néron est le sujet de la plupart de ces verbes.

4 [eam] praemunitam [esse]

5 *Baiae, arum, f* : Baïes, station balnéaire où Néron possédait un palais.

6 Les fêtes de Quinquatres, en l'honneur de Minerve, célébrées cinq jours après les Ides de Mars.

7 *Repetentique [Agrippinae] Baulos* : Agrippine avait un palais à Bauli, sur le lac Lucrin, un peu au sud de Baïes.

8 [esse].

9 [L. Agermum libertum... nuntiantem... (ut percussorem sibi subornatum) arripi constringique] prop. inf. dépendant de jussit.

10 [eam] salvam et incolumem [esse] : prop. inf. dépendant de nuntiantem.

11 [Comme si elle avait évité, par une mort volontaire, une accusation de crime découverte] = en faisant croire (prétextant) qu'elle avait voulu éviter, par une mort volontaire, d'être prise en flagrant délit de crime.